Mone, Franz Joseph [Hrsg.]: Quellensammlung der badischen Landesgeschichte (Band 4: [Lateinische Chroniken, Lebensbeschreibungen])

Seite 294



Pastor bonus suum gregem
Docuit virtutis legem
Cum sollicitudine.
Deus! ipsi cum corona
Requiem aeternam dona
In beatitudine! Amen.
Dicit successor f. B. a*.

*[fol. 58a.]* Franciscus Kraf, Altorffensis ad Vineas Suevus**, electus anno 1675, die 27. Novembris, rexit annis 8, obiit anno 1683, die 5 Julii, aetatis 65, professionis 45, sacerdotii 40***.

Francisco demum regimen concede supremum,
Illius virtus redolet velut inclyta myrtus†.

1675. 1. die Decembris prima mutatio officiorum facta a rev. dom. neoelecto abbate statimque usus birretorum hactenus hic invisus†† introducitur pro sacerdotibus et ministris altaris. — 11 et 20 Decembris duo novitii sacro probationis habitu induti.

1676. accepta confirmatione a rev. dom. generali Cisterciensi dom. Joanne Petit, die 2 Februarii abbatialis consecratio peracta fuit Caesareae a rev. domino visitatore, domino Hieronymo abbate. — Multi novitii hoc et sequentibus annis suscepti tum pro choro, tum pro variis opificiis et laboribus manuum per fratres conversos.

1677. 23 Januarii multi libri ordinis Parisiis advenere et soluti 169½ fl. scilicet 8. missalia, 2 gradualia, 2 psalteria majora, 12 breviaria, 12 diurnalia, 6 processionalia.

1678. habitatio abbatiae et cancellariae translata fuit ad novum aedificium, (a dom. abbate Theobaldo Fuchs* constructum, et modo in pluribus necessario mutatum pro aptanda cancellaria, triclinio mensae et nova culina etc. — Eodem anno in festo visitationis beatissimae virginis Mariae a domino abbate tria ecclesiae majoris altaria consecrata fuere, videlicet sacrosanctae trinitatis, s. Michaelis archangeli et s. Joannis Baptistae.

1679. in Martio dom. abbas cum patre Constantino et duobus famulis profectus fuit Cistercium ad rev. dom. generalem ob gravissimas impugnationes Moguntinensium et Herbipolensium** etc. 19. Junii. conferentia Herbipoli in aula principis episcopi habita et feliciter pro illa vice terminata fuit.

1680. 26. Augusti novum summum altare exstrui coeptum.

1681. in Majo et Junio 4. rotundae fenestrae ex utraque parte muri in presbyterio, pro lumine novi altaris periculose impositae fuerunt.

1682. ex commissione rev. dom. Salemitani*** visitator generalis visitavit Ebracum A. S. F.†

1683. totum presbyterium novis gradibus et quadris lapidibus stratum et condecoratum fuit. Sepulchrum est in sacello sancti Michaelis. Requiescat in pace††.

*[fol. 58b.]* Benedictus Knüttel, Laudanus†††. Electus anno 1683, die 6. Julii, rexit annis 50 obiit 21. Augusti 1732†*.

Exemplo raro Benedictus nomine claro
Praefuit illustris bisquinis per bene lustris.
Num, Bene-sim dictus? volo sensibus esse relictus.
Plus tamen a vero benedici iudice†** quaero.

streit, von 1669 an setzte denselben Joseph Müller von Geroldshofen fort. Der Satz translatus anno 1713 ist von Abt Knüttel beigefügt.

* Abt Benedict Knüttel nennt sich hier als Verfasser dieser Verse: f. B. a. frater Benedictus abbas.

** In der Handschrift ist er als der 45. Abt bezeichnet. Wahrscheinlich ist diese vita von Joseph Müller verfaßt. Der Beweis dafür ergibt sich aus der Unmöglichkeit des Gegentheils. Hebenstreit starb 1669 und Stöcklein begann seine Aufzeichnungen 1698 und diese vita handelt von 1675—83, in diesem Zeitraume gab es nur einen Geschichtschreiber in Schönthal, nämlich Joseph Müller.

*** Hier enthält die Hs. sein colorirtes Familien-Wappen, ein schwarz und roth nach links getheilter Schild, in welchem ein zweisparriges silbernes Rad. Der folgende Vers scheint die zum Wappen gehörige Devise oder sein Wahlspruch zu sein: In medio virtus consistit, sobrie, iuste, pie.

† Diese Verse auf einem Spruchbande dem Wappen beigefügt, sind auch von Abt Benedict Knüttel gemacht.

†† Der Verfasser gibt den Grund nicht an, weßhalb in jener Gegend die Birrete der Geistlichen nicht beliebt waren.

* Abt von 1611—1626. S. oben S. 163.

** Der Verfasser wollte nicht episcoporum schreiben, was der Sinn erfordert. Die weltlichen Herrschaften von Mainz und Wirzburg konnte der Abt in Citeaux nicht verklagen.

*** Abt Emanuel Sulzer von Neufra.

† A. S. F. kann ich nicht erklären, wahrscheinlich konnte Stöcklein, der Abschreiber des Manuscriptes von Joseph Müller, es nicht gut lesen, in welchem a. p. F. (abbatiam provinciae Franconiae) stand.

†† Stöcklein's Hand geht bis zum Ende, der Verfasser aber ist Müller.

††† Aus Lauda, Amt Gerlachsheim. Die Hs. nennt ihn den 46sten Abt.

†* Hier ist das Wappen des Abtes Knüttel gemalt mit der Devise: Qui docet manus meas ad proelia. psal. 17. v. 35. Diese Devise spielt auf sein sprechendes Wappen an, welches einen Arm mit der Hand, welche eine Keule hält, im blauen Felde zeigt. Hierauf folgt: Pugnando, tolerando, sperando: bonitatem et disciplinam et scientiam doce me. ps. 118.

†** Von Gott, der das jüngste Gericht halten wird.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/mone1867-4/0297
© Universitätsbibliothek Freiburg